



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. IV. De statu mundi, secundum arcanum Dei gubernatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Dei Filius Augustinus fuit stipendiarius.

Micb. e. 5. v. 2. Editu hoc oraculu à Micbea anno mundi circiter

329. annis ante Christum natum

720. sub Ezechia regno anno regni

quod tempus stormi Sybylla Erythraea, cuius versus de Christo Nascente, Resurgente, Indicante recitat August. l. 18. de Civit.

Dei c. 23. f. Indic. c. 12. v. 8.

Greg. ho. 8. in Evang. Cur Dominus nascituro mundus describitur.

Sueton. in Augusto c. 53.

2. Reg. cap. 24.

Job c. 41. v. 2.

Christus cum omnibus describitur, ut omnes sanctificet.

rum & caussarum seriem artificio tam admirando connectit. Deus ita constituit, ut hic hominum census eo tempore in Actur, quo & ipse Dei Filius Augusto fieret stipendiarius. Nam hac occasione imperator census à Cæsare, Ioseph & Maria è Nazareth in Bethlehem venerunt, quasi non alià de causâ orbis totus describeretur, quam ut totius orbis Dominus non extra patriam suam nasceretur. Nimirum voluit Deus, ut Imperatoris edictum vaticinio Michæe subserviret. Et tu Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Iuda; ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.

Bethlehem exigua & vilis civitas, sed cives habuit illustrissimos. Hinc profuit Abelem f. Israël's Iudex & Princeps, cui triginta erant filii, totidemque filiarum. Hinc Elimelech conjux Noëmi, cujus filio Ruth nupsit, quo mortuo maritum Booz accepit, è quo genitus est Obed parens Jesse, cujus filius fuit Rex David, à quo tota familia regum Israël & Iuda descendit ad ultimum usque Sedeciam regem. Fuit ergo Bethlehem totius regni ac Davidicæ stirpis patria & seminarium. Dequit certè, ut urbs illa, quæ cæli regem esset editura, tot prius se probaret heroibus, & civi omnia maximo per tot Principes & Reges praluderet: unde digna censeret posset, quæ virtutis opus extremum ederet, & aliquem super heroas omnesque homines ipsum Dei Filium civem suum exhiberet ob adorandum.

§. III. De eodem mystica expositio.

Verit Gregorius Magnus: Quid est quod nascituro Domino mundus describitur, nisi hoc quod aperte monstratur, quia ille appareat in carne, qui cæcos suos adserit eret in æternitate. Hinc & Beda nomen Augusti Christo tribuens, Christus, inquit, Augustus, hoc est, augere desiderans & sufficiens: augere cælum & vacuas Angelorum sedes. Theophylactus hac in re ita sentit: Colendus erat unus Deus, unde unus rex orbi dicitur imperare. Adverti, Thomas Aquinas, Augustum Imperatorem post diem hinc natalem Christi Domini vicem, ut protegem cum Imperio quatuordecim annis gessisse, nec sine divino instinctu mandasse, ne quis è populo Romano dominum se diceret.

Quam graviter offendit Deum rex David, quando numerari iussit omnem Israël's & Iudæe populum: Et tamen non dedignatur jam Dei Filius esse unus è numero illorum, quos numerari jubet Augustus, qui vanè putabat suâ manu portari orbem. eumque ad suum libitum moveri posse ac verti. Quod eruditè Ambrosius observans, Non Augusti, ait, sed Domini est terra, & plenitudo ejus. Iste opulentissimus pauper in præsepi est, qui verè dicit: Omnia, quæ sub cælo sunt, mea sunt. Nihilominus statim, ut natus est, census est; cujus quidem Romani census professione, ut vult Orosius, dicendus utique civis Romanus est: Sedebat quidem in cælo imperii culmine Augustus, jacebat in vili stabulo Christus, ac celsior in stabulo Christus quam in culmine imperii Augustus. Christus tamen, ut Origenes loquitur, cum omnibus ab Augusto describitur, ut omnes sanctificet.

Ita beatus Lucas, Et ibant omnes, inquit, ut profiterentur singuli in suam civitatem. Neque tantum viri, sed & feminæ debebant profiteri, ut ex hac ipsâ patet historiâ: Civis nosstra, ait Beda, beata illa patria est, ad quam crescentibus quotidie virtutibus ire debemus. Parum serius viator est, qui, quò debet tendere, quam tardissime cupit pervenire.

§. IV. De statu mundi secundum arcânem Dei generationem.

Non minù æternalis princeps diabolus quam Cæsar Augustus (ita permittente Deo) in omni ma- gis ille quam iste omnem ferè orbem securitate maxima & pace regebat. Vniuersi pæne mortales (exceptis paucis) sub illius imperio & potestate indignam servitutem serviebant. Omnium prope hominum nomina non in cælo, sed in orco fuerant scripta. Omnes profitebantur (certè factis) se diabolò apostatæ angelo, è cælo exuli, æternam ab æstris proscripto, mancipatos esse: omnes illi didrachma, imò animas pendebant. Notus solum in Iudæâ Deus.

Orbe ferè toto, uno illo Palæstine angulo excepto, dominabatur idololatria, & cum eâ omnis innumeralium vitiorum colluvies. Vbi que terrarum exulabat virtus. Paupertatis & castitatis vel ipsum nomen horrore erat & odio. Nullus huic genuinæ virtuti inter homines honor aut locus, imò supplicium legibus etiam erat decretum. Verissimè de hoc mundi statu prædixit David: Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sic ubi exulabat virtus, regnabat vitium, imperabat mors, dominabatur satan. Propterea, inquit Isaias, dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. In immensum se dilatârunt inferorum fauces, ut innumeros forberent; uti homo famelicus & gulosus lautiori mensæ affidens gulam parat, & oris ritum diducit, quo silvarum, aëris, & aquarum spolia mergat. Ita infinita leges animarum in illos Acherontis ritibus præcepit rapietatur.

Eâ tempestate terram immensa hominum multitudo habitabat; summa inter eos naturæ, morum, linguæ, laborum ac studiorum dissimilitudo. Hi nuptias, illi exequias & funera celebrabant; hi flebant, isti ridebant; illi nascebantur, moriebantur alii; nemo ibat ad astra, ad cælum nulla via, nullus erat aditus. In crebrum aut in hunc abidant omnes. Hoc miserrimo mundi Salvator, Christus I E S V S.

§. V. De statu sanctorum Patrum in limbo.

Status manium seu animarum in Abrahæ sinu & limbo existentium, hic erat. Fuerunt illæ animæ in Dei gratiâ confirmatæ, retinuerunt fidem, spem, charitatem; actiones etiam virtutum harum edere potuerunt, sed sine promerito. Precari etiam valuerunt tam pro se quam pro aliis generati in saltem & universè, pro humano genere, pro Synagoga vel Ecclesiâ, pro amicis, pro filiis, pro cognatis & aliis. At verò pro his aut illis singillatim orare non poterant, cum non scirent, omnia quæ hic inter vivos gererentur. Non enim aliam rerum nostrarum habuerunt notitiam, nisi quam secum hinc eò detulissent, aut quam à manibus illuc demigrantibus accepissent, aut ex Angelorum colloquio, vel arcano Dei magisterio didicissent. Supplicium quidem ignis, aut aliud corporis nullum senserunt, eam tamen, quam damni penam vocant, utique ad Servatoris adventum persolverunt: nam Dei aspectu & bonis omnibus, quæ illi sunt conjunctissima, caruerunt. Non poterant ergo non affici maxore ac tristitiâ ob dilationem summi Boni.

Atque hinc Patrum illorum ingens erat desiderium, quo multi eorum à quinque millibus annorum & amplius affectoris sui & vindicis adventum expectabant, illudque Paltæ Regi clamant jugiter: Vt quequè, Domine, oblivisceris nos in finem? Vt quequè

run, copiosus Ludovicus Richeanus in suo Peregrino Luvetano, s. 107. h. pag. 324. ubi loquens de Adamo, Abelem, Abrahamum, Isaacum, Moysen, Davidem, Isaiam, Michæam, quorum dispersis gemini